

X. 4^o 22^b

(cat. 3, 524.25.)

1. / C
2. / C
3. / C
4. / C
5. / C
6. / C
7. / C
8. / C
9. / C
10. / C
11. / C



Contenta

- 1.) Q. Septim. Flor. Rivini disf. de Marito haerede mobiliari
secundum Jura Saxonica. Erfurt. 1677.
- 2.) Eadem recus. Lips. 1704.
- 3.) Gottfr. Barthii et Gottfr. Mülleri disf. de marito usu-
fructuario Saxonico. Lips. 1692.
- 4.) Eadem. Lips. 1721.
- 5.) Joh. Henr. Meieri et Jo: Chop: Benz disf. de iuribus ma-
riti in bonis mobilibus uxoris tam secundum Jus
Saxonicum quam ex parte dotalibus. Erford. 1722.
- 6.) Gottfr. Ludov. Mencken disf. de obligatione Mariti ex
delicto uxoris in foro imprimis Saxonico, respond. Ant.
Fr. Haferney. Viteb. 1729.
- 7.) Jo. Gottfr: Worm disf. an et quatenus Jure Saxonico facta
uxoris tam Successioni tum usufructui marito compe-
tenti, praesudicium inferri queat Lips. 1732.
- 8.) Chr. Gottli. Hommel disf. de mariti successione in bona uxoris
utenfilia statutaria ac communi. Witt. 1779.
- 9.) Ejusd. disf. de jure mariti in bona uxoris adhuc viventis uten-
filia. ib. ead.
- 10.) Ejusd. disf. de marito rerum uxoris utensilium emtore.
ib. eod.
- 11.) Aug. Fridr: Schott et Jo: Aug. Hein. Rabe, Quaestio juris Saxo-
nici an marito usus fructus et administratio in bonis
uxoris minorennis competat? Lipsiae 1779.



207

FELICITER!
DECRETO ET AUTORITATE
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
IN
PER ANTIQUA ELECTORALI HIERANA
MARITUS HERES
MOBILIARIS,
SECUNDUM JURA SAXONICA
DELINEATUS

IN
DISPUTATIONE INAUGURALI

PRO
LICENTIA
DOCTORALI
IN UTROQUE JURE
CONSEQUENDA

DIE NOVEMBR. ANNO 1677.

H. L. Q. C.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SISTITUR

A
M. QUINTO SEPTIMIO
FLORENTE RIVINO,
LIPSIENSI.

ERFURTI, TYPIS KIRSCHIANIS.

Go.

H. L. Peitick.

1.

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
PER ANTIQVAM RECTORAL HERANA
MARTINUS HERES
MOBILIARIIS
SECUNDUM IURA SAXONICA
DELINEATUS



Handwritten text in blue ink, possibly a signature or date, located at the bottom left of the page.





ADJUVANTE DEO!

PRÆLOQVIUM.



Pristis ac luctuosa Liberorum dicitur hereditas, §. 2. l. de Scto Tertij. l. ult. C. de instit. & substit. l. ult. C. com. de success. quam miserationis ratio Patri ac Matri, si turbato mortalitatis ordine præripiantur liberi, in solatium perpessæ cladis defert, l. 7. §. 1. ff. unde liberi, l. 15. pr. ff. de inoff. testam. Accruior certè ac magis molesta Conjugum videtur Successio, ex qua nonnunquam lucrum, sed quod magnitudinem damni exæquare, luctumque lenire haud potest, sentit pars superstes juxta dispositionem Legum-Civilium. Equidem olim lege XII. Tabb. sibi invicem prorsus non succedebant Maritus & Uxor, cum neque in numero suorum heredum, nec Agnatorum essent, ad quos solos defuncti bona pertinebant, §. 1. l. de hered. que ab intest. def. pr. l. de legit. Agnat. success. Ceterum æquitate motus Prætor, deficiente omni parentum, liberorumve aut propinquorum successione, admittebat excluso fisco Conjuges, ipsisque bonorum possessionem ab intestato dabat, si modo iustum & usque ad tempus mortis fuerat matrimonium, l. un. pr. §. 1. ff. unde Vir & Ux. quæ successio Prætorica confirmata deinceps est per Imp. Theodosium & Valentinianum, l. un. C. eod. Benignius adhuc utrique Conjugum, si superstes inops & præmoriens locuples esset, consuluit Imp. Justinianus in Nov. 53. cap. 6. & Nov. 117. cap. 5. ex quibus desumpta Auth. Præterea C. unde Vir & Ux. quam adhuc hodiè iis in locis, ubi aliàs Jus Saxonicum viget, quoad viduas ignobiles observari testatur Schultz. in Synops. Inst. lib. 3. de Success. Conjug. lit. a. Berlich.

A 2

P. 3.

P. 3. Concl. 27. n. 13. Richter de success. ab intest. sect. 4. membr. 4. n. 1. Hahnus ad Wesf. tit. unde Vir & Ux. n. 3. Sed in Electoratu Saxoniae, sive pauper, sive dives Uxor sit, existentibus liberis quartam indistincte capit, trientem verò, si liberi non adsint; collatis tamen utroque casu bonis omnibus, tam quae ad maritum attulit, quam quae constante matrimonio acquisivit, unà cum Utensilibus, *Constit. Sax. XX. Part. 3.* Aliud obtinet, si vidua sit nobilis; Huic enim ex bonis defuncti debentur Utensilia sive Gerada, sponsalitia largitas sive Morgengaba. Commensibilia & pro ratione illatae dotis dotalitium, *Land. Recht lib. 1. art. 24. Berlich P. 3. Concl. 28. n. 3. 85. 101 & 104. Richter d. tr. sect. 4. membr. 3.* **MARITUS** verò Saxonum Jure mobilia defunctae uxoris capit, & inde **HERES MOBILIARIS** appellatur. Quà de re cum in praesenti paulò pleniùs atque curatiùs agere animus sit, invocamus Divinam Clementiam, ut feliciter cedere jubeat!

§. 1.
Maritum ut heredem mulieris mobiliarem delineaturum, circa Vocum putamina nequaquam nobis haerendum esse existimamus; quin potiùs ipsam sine ambagibus Grammaticis aggredimur rem, Maritiq̃ue successionem à suis Causis describimus, quòd sit Jus marito Jure Saxonico competens ad acquirenda defunctae Uxoris Mobilia & quae mobilium instar habentur.

§. 2. Generis loco, ceu in Accidentium Definitionibus fieri par est, ponitur **FORMA**, quae hujus successionis in actu primo consideratae est Jus, *arg. l. 3. §. 2. ff. de Bonor. Possess.* Jus verò hic accipitur pro qualitate moralis personae ad aliquid justè habendum vel agendum competente, prout definit Hugo Grotius *de J. B. & P. lib. 1. cap. 1. n. 4.* Sive: pro facultate ac potestate, quam quis jure ad aliquid habet. Vide Heinr. Hahnium *ad Wesf. tit. de J. & J. n. 10. verb. Jus suum, & num. 14. verb. variè quoque.* Hæc tamen facultas non est universalis in universum jus, quod defuncta habuit, ex quo quis heres propriè dicitur; sed est particularis in bona saltem mobilia ex peculiari Juris Saxonici dispositione competens, unde & Maritus non heres propriè dictus, sed statutarius salutatur, *Dan. Mollerus Semestr. lib. 2. cap.*

cap. 44. Andr. Rauchbar P. 1. quest. 39. n. 31. Carpzovius P. 3. C. 21. D. 6. n. 9. & C. 23. D. ult. n. 7.

§. 3. CAUSA EFFICIENS est vel Remota, vel Proxima. Remota est Jus Saxonicum commune. Textus in hanc rem extat Land-Recht lib. 1. art. 31. Stirbt das Weib bey des Mannes Leben / sie erbet keine fahrende Haabe / denn allein Gerad und Eigen / als sie das hat / an ihren Nehesten. Et lib. 3. art. 76. verb. Stirbet dann das Weib / der Mann behält alle des Weibes fahrende Haabe / das Gebeu aber / da die Frau innen was / und die Gerade behält er nicht.

§. 4. Propinqua est Consuetudo. Jus enim Saxonicum & in Saxonia nostra non aliter valet, quam in quantum usu forensi comprobatum, omnemque autoritatem à sola observantia habet, ex qua etiam hujus juris intellectus & cognitio rectius, quam ex ipsis verbis hauriri potest, prout ex Hartman. Pistor. Andr. Rauchbar & Petro Heigio passim inculcat Benedict. Carpzovius P. 2. C. 35. D. 8. n. 4. P. 3. C. 11. D. 13. n. 10. & C. 35. D. 7. n. 2. Lib. 6. Resp. 73. n. 29. Process. Jur. tit. 8. art. 1. n. 15. P. 2. decis. 181. n. 19. & decis. 127. n. 16. Vol. Dissp. de Privileg. Elect. & Duc. Sax. de non appell. tb. 42. n. 22. seqq. & de Donat. Gerade cap. 2. tb. 15. n. 19. Adde Georg. Schulken in Prolegom. Synops. Instit. Imperial. in fin. & Matth. Berlich P. 3. Concl. 28. n. 43.

§. 5. MATERIA est vel in qua, vel circa quam. Materia in qua sive SUBJECTUM est Maritus, qui post benedictionem sacerdotalem torum conjugalem est ingressus. Consensio enim thalami in foro Saxonico ad matrimonii consummationem precise requiritur, Land-Recht lib. 1. art. 45. verb. Und tritt in sein Recht / wann Sie in sein Bette tritt. Et lib. 3. art. 45. verb. Das Weib ist auch ihres Mannes Genößin aller der Ehren und Würdigkeit / die der Mann hat / zu hand / als Sie in sein Bette tritt. ubi Christoph. Zobel in Addit. lit. e. & ad lib. 1. art. 31. lit. g.

§. 6. Sponsus proinde ante ingressum tori nuptialis, licet Ecclesiastica copulatio, festivitatisque nuptialis celebratio jamjam perfecta fuerit, non lucratur Sponsæ defunctæ mobilia, nisi id forte, quod tamen rarissime accidit, in pactis dotalibus expresse conventum, vel etiam, si per Sponsum non stetit, quò minus matri-

monium debito modo consummaretur, *Constit. Sax. XIX. Part. 3. ibique Carpzov. Def. 2. 3. 7. § 9. nec non Dan. Mollerus, qui n. 6. exemplum Sponsæ ipso die nuptiali Erfordiæ post benedictionem ecclesiasticam ruinâ domûs miserè extinctæ refert.*

§. 7. Sufficit autem sola post copulam sacerdotalem thalami conscensio, vel etiam in lectum sponsæ appositio, *wann die Braut dem Bräutigam ins Bette beygesetzt wird /* quod inter personas nobiles & illustres servari solet, quamvis commixtio carnalis vel ob mutuum utriusque consensum, vel ob casum inopinatò supervenientem, vel ob impotentiam sive naturalem, sive ex fascinatione natam, non intervenerit, *Mollerus l. c. n. 1. § lib. 3. Semestr. cap. 23. n. 2. Berlich. P. 3. Concl. 25. n. 33. seqq.* qui tamen quoad impotentiam distingvit, utrum maritus ad congregandum prorsus sit inhabilis, an verò ab ope medica, aut ex ulla alia ratione impedimenti remotio & integra coeundi facultas sperari possit.

§. 8. Sed rectiùs Berlichii distinctionem negligit ac rejicit. *Carpzovius l. c. def. 1.* Nec obstat, quòd verba Juris Saxonici cum effectu sint intelligenda non de nuda conscensione thalami, sed potiùs de consuetudine conjugali per illam significatâ. Nam Jus Saxonicum, tanquam statutarium, secundum literam strictè est accipiendum & ita explicandum, quòd minùs recedatur à Jure Civili, *Carpzov. P. 3. Decis. 295. n. 20. seq. & in Pract. Criminal. P. 2. q. 53. n. 28.* Quòd autem ad Prætoriam aut Civilem Conjugû successionem suffecerit olim, si purè & simpliciter in ipsum matrimonium fuerit consensus, etiam si copula carnalis nondum accesserit, per *l. 15. ff. de condit. & demonstr. l. 30. ff. de R. J. l. 22. C. de Nupt. contra Andr. Kohl de success. Conjug. p. 1. n. 11. § p. 2. n. 6. § seqq. & Richter. ad Auth. Præterea C. unde Vir & Ux. n. 21. evincunt Schultze in Synops. Instit. lib. 3. rubr. de Success. Conjug. Wilhel. Ludwel. in Comment. ad l. 5. C. de bonis quæ liber. p. m. 579. Dn. Struvius in Syntagm. Jar. Civil. Exercit. 38. tb. 39. & Dn. Stryk. de success. ab intest. cap. 5. art. 1. §. 6. § 38.*

§. 9. Præterea quoque quoad hanc Saxoniam mobilium successionem nulla in marito inopiæ, aut divitiarum habetur ratio, *Schneidewin. ad tit. I. de hered. quæ ab intest. def. rubr. de success.*

cess. int. Vir. & Ux. n. 27. Berlich. P. 3. Concl. 29. n. 42. Carp-
zov. P. 3. C. 23. D. 11. Hahnus ad Wesenb. tit. unde Vir & Ux.
n. 3. Dn. Stryk. d. cap. 5. art. 3. §. 3. Quod secus est de Jure Ci-
vili, Avth. Præterea C. unde Vir & Ux. Nov. 53. cap. 6. Nov. 117.
cap. 5. quamvis non desint Dd. qui quoad mariti successionem
Nov. 53. per Nov. 117. correctam existiment, Cujacius ad dict.
Nov. 53. in fine, Rittershusius ad Novell. p. 7. cap. 17. n. 9. Colleg.
Jur. Argent. tit. de alim. & cib. legat. th. 5. n. 11. & tit. unde Vir
& Ux. th. 3. Wissenbach. ad Instit. Disp. 30. th. 51. Ab his tamen
non immerito discessum faciunt Gaius lib. 2. obs. 98. n. 5. Lud-
wel. Exercit. Justin. x. th. 5. lit. b. Kohl d. p. 2. n. 70. Richter ad
d. Avth. n. 6. Brunnein. in Cod. ad d. Avth. Berlich. d. Concl. 29.
n. 18. & Concl. 26. n. ult. Dn. Struvius d. Exercit. th. 39. & Dn.
Stryk. l. c. §. 37. secuti Glossam ad d. Nov. 117. cap. 5. lit. r. §. In-
talibus. Nam distingvendum omninò est inter Quartam in casu
repudii injusti missi debitam, & inter Quartam in casu inopiæ su-
perstiti Conjugi concessam: Illam ademit marito Imperator in
d. Nov. 117. non hanc, uti ex connexionem verborum finalium
hujus Novellæ satis patescit.

§. 10. Nec etiam hic attenditur, an Maritus sit nobilis, an
plebejus, cum Jura Saxonica, quæ ipsi defunctæ uxoris mobilia
tribuunt, generaliter & indistinctè loquantur. Generalia verò
generaliter esse intelligenda docet Glossa ad l. 1. §. 2. ff. que in-
fraud. credit. lit. g. & ad Nov. 18. cap. 6. lit. f. Hoc ipsum mi-
nus dubii in Electoratu Saxonico habere apparet ex D. Elector.
AUGUSTI Part. 3. Constit. XXII. §. Wo es sich re. verb. Weil dem
Manne nach Sachsen Recht die Fahrnis gebühret / juncto §. seq.
verb. Unter Adels Personen und unter Bürgern. Conf. Schneide-
win. l. c. n. 26. Berlich. d. Concl. 29. n. 41. Carpzov. P. 3. C. 23.
d. 16. Quoad viduas autem hanc generis differentiam, an ma-
ritus nobilis, an ignobilis fuerit, probè observari, constat ex su-
prà dictis in Preloquio. Denique non alia successionis ratio est
in ministris Ecclesiæ, quàm laicis & plebejis, si de hereditate
prædefunctæ uxoris agatur, Carpzov. in Jurispr. Consistor. lib. 3.
tit. 1. def. 10. n. 1.

§. 11. Materia circa quam five OBJECTUM sunt res mo-
biles,

biles, siue sint propriè, siue per Analogiam, aut saltem fictione
juris tales. Illæ describuntur, quòd sint res, quæ integræ vel
salvæ de loco suo moveri & in alium transferri comodè possunt,
Dn. Struvius in *Syntagm. Jur. Civil. Exercit. 3. th. 82.* siue sint
naturaliter sese moventes, siue ab alio movendæ. Moventium
enim atque mobilium distinctio non semper in jure nostro obser-
vatur, l. 15. §. 2. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. 93. ff. de U. S.
ibique Arnold, Corvinus pag. m. 138. & Wissenbach. n. 1. §. 3.
Joh. Svevius de *Rer. & Verb. signif. libr. 2. p. 323.* Ludwel. *Ex-
erc. Justin. V. th. 1. lit. c.* Hahnus ad *Wes. tit. de R. D. n. 4. verb.
aut mobiles.* Eckolt. ad ff. tit. de R. D. §. 16. Dn. Stryk d. cap. 5.
art. 3. §. 3. Res verò analogicè Mobiles dicuntur, quæ suâ na-
turâ neque mobiles, neque immobiles sunt, rebus tamen mobi-
libus accensentur, quia aut ipsi inhaerent, aut ad petendas eas
competunt, Hahnus l. c. Struvius d. *Exercit. 3. th. 85.* Deni-
que Res fictione juris Mobiles vocamus illas, quæ in se quidem
immobiles sunt, ob certum tamen respectum instar mobilium
habentur.

§. 12. Hisce præsuppositis, constat ad Maritum post mortem
Uxoris pertinere: I. *ACTIONES* pro rebus mobilibus compe-
tentes. Quamvis enim Actiones, ut & cætera incorporalia ju-
ra à rebus & mobilibus & immobilibus separentur, l. 2. §. 3. C.
de quadrien præscript. l. 1. C. de prætor. pign. l. un. §. 7. C. de Rei
Ux. Act. Wissenbach. ad ff. tit. de R. D. disp. 4. th. 39. nec pro-
priè mobilium & immobilium nomine veniant, Coll. Jur. Argent.
tit. de R. D. th. 51. Hahn. ad *Wes. l. c.* Si tamen statutum, aut
alia necessitas urgeat, ut ad alterutrum divisionis membrum re-
ferantur, pro substrata materia inter res vel mobiles, vel immo-
biles sunt connumerandæ, Schneidewin. l. c. n. 37. Mollerus ad
P. 3. Const. 23. n. 1. §. 2. Bachovius de *Pignor. & Hypoth. lib. 1.
cap. 6. n. 2.* Berlich. P. 3. *Concl. 33. n. 5.* Ludwel. l. c. Carpzov.
P. 3. C. 23. D. 8. n. 7. seqq. §. C. 24. D. 1. n. 1. 2. 3. Eckolt. l.
cit. §. 17.

§. 13. II. *ANIMALIA* à defuncta Uxore possessa, & qui-
dem non ea solum, quæ gregatim pascuntur, qualia sunt equi,
muli, asini, oves, boves, capræ, sues, §. 1. l. de L. Aquil. siue
opera-

operarum, fundiq; instruendi gratiâ fuerint comparata, Berlich.
P. 3. Concl. 30. n. 18. sive pro annuo fructu in pecunia, vel lacte,
aut etiam butyro & caseis solvendo elocata, Idem P. 3. Concl. 29.
n. 51. Carpzov. P. 3. C. 23. D. 12. n. 4. sed etiam catelli, pavones,
psittaci, apes, anseres, gallinæ, columbæ, ut & pisces, marito de-
bentur.

§. 14. Nec est, quòd quoad Pisces hîc distingvamus, utrum
propagationis, an custodiæ tantùm causa in vivariis reperiantur;
quâ distinctione comunitè utuntur Dd. Gothofredus ad l. 15. ff.
de Act. Emt. & Vendit. lit. b. Ludwel. l. c. Hahn. l. c. verb. Vel ad
jus incorporale. Colleg. Jur. Argent. l. c. th. 55. Eckolt. l. c. Wis-
senbach. ad ff. d. tit. de Act. Emt. Disp. 37. th. 1. Nam hæc di-
stinctio in l. 15. in fin. ff. de Act. Emt. junctâ l. 62. §. 1. ff. de usufr.
l. 3. ff. de divers. tempor. prescript. aliisque Juris Civilis textibus
vix ac ne vix quidem fundata est, nullaque sufficiens nos cogit
ratio, ut quoad præsentem casum hanc in piscibus differentiam
admittamus, quæ in ovibus, bovis, aliisque pecudibus, quam-
vis & eæ multiplicationis & perpetui usus causâ alantur, locum
non habet.

§. 15. Nec quicquam nos movet, quòd pisces, qui piscinis in
spem gentis squamigeræ ac redditus, quæstusque gratiâ includun-
tur, pro fructibus pendentibus haberi debeant, ac proinde pars
fundi censeantur, arg. l. 44. ff. de R. U. Conf. Carpzov. P. 3. C. 32.
D. 26. n. 2. quæ unâ cum fundo ad defunctæ uxoris heredes per-
tineret. Nam unde quæso poterit probari pisces esse ejusmodi
fructus pendentibus, qui prædium sequi necesse haberent? Quin
potius contrarium ex l. 16. ff. de Act. Emt. clarissimè apparet, pi-
sces non magis esse fundi, quàm (NB.) pullos & cetera animalia,
quæ in fundo sunt. Erunt ergò pisciculi minuti, *der junge Satz/*
fructus piscium oviparorum, *der Reich. Fische/* sicuti agni ovium,
§. 4. l. de Usu & Habit. l. 12. §. 2. ff. eod. quos tamen nemo mobili-
um numero eximit. Pisces verò ovipari cùm non ita destinen-
tur ad generationem, ut ipsis perpetuò in piscinis sit manendum,
sed quodcumque domino libuerit, capiantur, gulæque accom-
modentur, nihil impedit, quo minùs, ut cetera animalia, marito
deberi statuamus. Et hoc ipsum eò magis asserendum erit, si

B

super-

superstite uxore maritus piscinas piscibus repleverit, siquidem
ita & operam suam atque impensas contulit, Zobel in *Additione*
ad l. 3. *Landrecht* art. 76. lit. d.

§. 16. Aliam adhuc quoad pisces distinctionem adhibent Dd.
in decidenda quaestione: Utrum in feudis defuncto vasallo ad
heredes allodiales, an feudales pertineant pisces? Nimirum cum
Piscatio plerumque elapso demum triennii spatio fieri soleat, in-
de respiciunt tempus, quò obiit Vasallus, utrum propinquius sit
piscationi, an illi tempori, quò pisces stagno fuere à defuncto im-
missi: priori casu pisces allodialibus heredibus deberi, posteriori
verò cedere fundo asserunt Ludwel. in *Synops. Jur. Feudal.* cap.
12. p. m. 254. Richter P. 1. *Decis.* 56. n. 9. Et hanc opinionem lon-
gà pronuntiandi consuetudine in foro Saxonico esse receptam
testantur Mollerus ad P. 3. *Const.* 32. n. 8. Berlich. P. 3. *Concl.* 45.
n. 25. Carpzov. P. 3. C. 32. D. 26. n. 8. Quamvis dubitari adhuc
possit, an & ea tam indifferenter sit admittenda; cum non omnes
indistinctè res mobiles, ad fundi instructionem pertinentes, resti-
tuendæ sint heredibus feudilibus, sed illæ tantum, quæ simul cum
fundo in feudum datæ sunt. Quas verò ipse vasallus post feu-
dum concessum sibi comparavit, eæ ad heredes allodiales omni-
nò transeunt, Dn. Struvius in *Syntagm. Jur. Feudal.* cap. 6. th. 12.
Transibunt ergò & pisces ad eosdem, nisi piscinæ piscibus reple-
tæ in feudum concessæ vasallo fuerint.

§. 17. Videbimus paucis, an & quoad successionem mariti
mobiliarem hæc similiter locum invenire queant? Dicendum,
quod non, propter rationis diversitatem, quam hic subesse liquet.
Constat enim fundo in feudum dato animantia quoque ac instru-
menta, nec non alia mobilia, quæ ibi ad fundi instructionem
reperiuntur, à quibus nec pisces excludendi, arg. l. 2. C. de V. S.
simul data in feudum intelligi, Ludwel. l. c. p. 252. & Dn. Struvius
l. c. Ob hanc postea rationem defuncto vasallo heredes allodia-
les tenentur heredibus feudilibus ad restitutionem eorum mo-
bilium, quæ ab initio cum fundo in feudum data fuerunt, & sal-
tem ex jure benigno pro ratione temporis piscatione fruuntur.
Aliud obtinet in mariti successione mobiliari, si defuncta uxor
instruendum prædium possedit. Lucratur enim Maritus jure sta-
tuta-

tutario, ubi nec pisces excepti, omnia indistinctè mobilia, sive ea ab uxore constante matrimonio comparata, sive etiam in societatem conjugalem cum ipso fundo illata fuerint, Berlich. P. 3. Concl. 29. n. 52. Richter Vol. 2. Consil. 164. n. 10.

§. 18. III. *ANNUI REDITUS* sive è bonis immobilibus, sive ex sola obligatione personali quotannis debeantur, si eorum dies cesserit, quia exigibiles sunt, ad maritum superstitem pertinent, Constit. Saxon. XXIV. Part. 3. §. ult. vers. Was zur Zeit der Frauen Absterben betagt und gefällig gewesen / daß solches dem Manne bleibe / ibique Carpzov. Def. 5. Berlich. P. 3. Concl. 34. n. 36. Quod si uxor ante solutionis diem obierit, reditus annui exigibiles pro rata temporis portione inter maritum & heredes dividi debent, arg. l. 7. §. 1. ff. sol. matrim. l. un. §. 9. C. de Rei Ux. Act. Constit. Saxon. XVI. Part. 3. Berlich. l. c. n. 37. Carpzov. P. 3. C. 24. D. 6.

§. 19. Porro annui reditus cedunt lucro mariti ad instar mobilium, etiam si in perpetuum sint constituti, si ex re modico tempore duratura solvantur, Berlich. d. Concl. 34. n. 41. Carpzov. d. Def. 6. n. 5. vel etiam, si evidenter, aut certè verisimiliter constet, venditorem ejusmodi reditus brevi tempore, postquam constituti fuere, redempturum esse, Berlich. l. c. n. 33. Carpzov. d. l. Def. 4. n. 2. vel denique si constante matrimonio ex pecunia dotali, quam maritus quoque post mortem uxoris lucratur, fuerint comparati, Berlich. l. c. n. 45.

§. 20. Ipsa verò annuorum redituum sors pro re immobili habetur, d. Const. Sax. XXIV. Part. 3. vers. Solches Geld / nehmlichen Sors ipsa und die Haupt-Summa vor sich selbst / soll vor unbeweglich Gut gehalten werden / quoniam irrevocabiliter & ita in perpetuum alienata est, ut eam euentes etiam agendo repetere non valeant, nisi fortè venditor sit in morâ præstandi reditus, c. 1. §. 2. de emt. §. vendit. in Extravag. Commun. Ordinat. Polit. de An. 1548. §. 1577. tit. Von wucherlichen Contracten. §. Und nach dem. verb. Die Loskündigung der Gültverschreibung auf Wiederkauff / wie Wiederkauffs-Recht / soll bey dem Verkaufser / und nicht bey dem Käufer stehen / unangesehen / wie dieselbige Gültverschreibung gestellet ist. Frantzkius lib. 1. Resolut. 1. n. 46. Hahnus

B 2

ad

tunc p. immob. haben
laut: ad l. 15. §. 2. fatis
c. c. 2. §. 17. in f

ad Wesenb. tit. de Usur. & fructib. n. 14. Dn. Struvius in Syntagm.
Jur. Civil. Exercit. 27. th. 61.

§. 21. Non obstat, quod venditoribus redituum redimibilem
liceat, quodcumque velint, eam pecuniæ summam, quam ab em-
toribus acceperant, ipsis reddere, & eò ipsò ab ulteriori census
præstatione sese penitus liberare, d. c. 1. §. 2. de Empt. & Vend. in
Extravag. commun. Ex quibus videtur inferri posse, quod Sors
bonis mobilibus annumerari debeat, quoniam respectu vendito-
ris deficiat perpetuitas atq; longi temporis duratio, propter quam
tamen reditus redimibiles rebus immobilibus accensentur, Berlich
l. c. n. 16. §. 18. Sed salva res est, si dicamus hoc ipso nondum
destrui perpetuitatem, cum incertum sit atque dubium, utrum fu-
tura unquam sit reuolutio, an non: quæ verò dubia sunt, utram sint
perpetua, an temporaria, intelliguntur esse perpetua, l. 56. ff. de
condict. indeb. Carpzov. d. Const. 24. Def. 3. n. 3. §. 4. Accedit,
quod dependeat ex libera venditoris arbitrio, an & quando redi-
tus annuos redimere velit. Paria autem sunt, aliquid esse ad be-
neplacitum & aliquid esse in perpetuum, Berlich. l. c. n. 27.

§. 22. IV. DONA NUPTIALIA, quæ in pecunia vel aliis rebus
mobilibus consistunt, præmortuâ uxore marito cedunt, & quidem
integra, si sponsæ parens nuptiales sumtus impendens, omnia ea,
quæ nuptiarum tempore præsentata fuere, in dotem computave-
rit, eaque sponsus dotis lege acceptaverit. Extra hunc casum
maritus, tanquam mobiliaris heres, dimidiam saltem partem do-
norum lucratur, alteram verò proprio jure sibi habet, Constit. Sax.
XXII. Part. 3. ibique Møllerus n. 2. & Carpzov. Def. 3. n. 4. non
habito respectu, an pro more regionis, vel ratione datæ occasio-
nis, alterutri saltem Conjugum oblata dona fuerint, Berlich. P. 3.
Concl. 32. n. 8. Carpzov. ad d. Const. Def. 1. n. 7. seq. Philippi ad
Decis. Elect. LI. Obs. I. n. 3. Hahnus ad Wes. tit. de jure dot. n.
11. in fine.

§. 23. V. DOS post obitum Uxoris, exclusis defunctæ here-
dibus, manet ipsius mariti, si modò in numerata pecunia aliave
mobilibus consistit, sive jamjam realiter exsoluta, sive promissa
tantum fuerit, Berlich. P. 2. Concl. 29. n. 21. Carpzov. P. 2. C. 2.
D. 3. n. 8. in tantum, ut & Usuræ ab ipso nuptiarum die, si dotem
pater

pater promiserit, si verò vel mater, vel alius cognatus, aut planè extraneus sponderit, elapsò demùm à die factæ promissionis biennio, marito debeantur, *l. ult. §. 2. C. de jure dot. Carpzov. P. 2. C. 52. D. 14. & P. 3. C. 23. D. 4. Dn. Stryk d. tr. cap. 5. art. 3. §. 4.* Nec solùm dos purè promissa ad maritum spectat, sed etiam, si in certum diem facta dotis est promissio, licet uxor ante destinatum solutioni diem è vivis decedat, *Andr. Rauchbar Part. 1. Quest. 31. Berlich. d. Concl. 29. n. 26. seqq. Carpzov. P. 3. C. 23. D. 5.* Aliud dicendum, si sub conditione dos promissa, uxor verò ante conditionem existentem & adimpletam in vivis esse destinat, *Berlich. d. Concl. 29. n. 34. Carpzov. d. l. Def. 6. Dn. Stryk l. c.*

§. 24. VI. Quinam FRUCTUS marito cedant, disquirendum erit. In antecessum verò notandum, fructus esse duplicis generis, alios civiles, alios naturales, & hos iterùm vel naturales in specie sic dictos, vel industriales. Singulorum descriptiones vide apud *Wesfenbecium in ff. tit. de Usur. §. fructib. n. 16. Ludwel. Exercit. Justin. IV. th. 6. lit. f. Coll. Jur. Argent. d. tit. de Usur. §. fructib. th. 30. Richter Part. 1. Decis. 56. n. 1. §. 2. Eckolt. ad d. tit. de Usur. §. 12.* De civilibus, quales sunt usuræ, pensiones ædium, prædiorum, hortorum & similium, census, decimæ, annuique redditus, *Carpzov. P. 3. C. 32. D. 19. n. 1. iudicium fieri potest ex di- ctiis supra §. 18.* Naturales verò, qui à sola natura, hominis operâ parùm, vel omninò non cooperante, proveniunt, v. g. gramina, poma, pira &c. non lucratur maritus, nisi jamjam perceperit. Præjudicium recitat *Carpzovius P. 3. C. 32. D. 23. in fine.* Par ratio est olivarum, quas lucratur maritus, licet immaturas legerit, *arg. l. 42. ff. de Usu & usufr. leg. inde & eas fructibus naturalibus rectius arnumerari, quàm industrialibus, quod facit Eckolt. l. c. probabile est.*

§. 25. Fructus industriales ex defunctæ uxoris agro sato & rastris subactò adjudicantur marito, non quà tali, sed mercedis loco pro labore & cultura, cujus solius, non etiam perceptionis, rationem habent *Jura Saxonica, LandRecht lib. 3. art. 76. verb. Stir- bet aber die Frau nach der Saat/als die Eade das Land bestrichen/ die Saat ist ihres Mannes. Et lib. 2. art. 58. verb. Des Mannes Saat/die er mit seinem Pflug wircket/die ist verdient/ Constit. Sax.*

XXXII. Part. 3. verb. Do ein Weib liegende Gründe hat / und
verstirbet nach der Saatzeit / so behält der Mann die Früchte / ibiq;
Carpzov. def. 6. Berlich P. 3. Concl. 43. n. 49. Richter Vol. 2. Conf.
333. n. 15. seqq. § de Success. ab intest. sect. 4. membr. 2. n. 5. 6.

§. 26. Sed quid dicendum de Vincarum fructibus sive Ulvis,
quas fructibus industrialibus rectissime accensent Berlich. Part. 3.
Concl. 43. n. 62. Carpzov. ad d. Const 32. Def. 8. n. 1. Lucratur &
eas pro cultura maritus, si modo maximus labor fuerit absolutus,
Urbaniq; dies, qui in 25. Maji incidit, præteritus, per text. Land
Wecht lib. 2. art. 58. vers. Dann arbeitet ein Herr &c. Qui textus
quidem loquitur de casu speciali, quando nimirum Dominus ante
pubertatem vasalli vineam coluit; ceterum ob generalitatem ra-
tionis ad præsentem casum accommodari debet. Et hæc nostra
sententia haud obscure confirmatur Responso Dicasterii Jenensis
mense Januario An. 1626. quod recitat Richter d. tr. de Success.
ab intest. l. c. verb. So ist das Getreide und Wein / so auf des Weib
bes eingebrachten Feldgütern erwachsen &c.

§. 27. VII. GERADAM de Jure Saxonico communi ad Ma-
ritum non pertinere, ac proinde etiam ea, quæ de mobilibus hinc
inde dicuntur, semper exceptis rebus ad Geradam pertinentibus,
esse intelligenda, satis innuunt expressa textuum verba supra §. 3.
allegatorum. Derogant tamen Juri communi Statuta quarundam
Civitatum, quale nuperrimè Anno 1672. ex Confirmatione Se-
renissimi Electoris promulgavit & Academia & Senatus Lipsiensis.
Sancitum in eo est art. 1. §. 1. quòd uxor, si sine filia, vivente,
quamvis proximâ cognatâ, sub qua & matrem comprehendimus,
l. 10. §. 12. ff. de gradib. decedat, nihilominus omnem Geradam
ad maritum transmittat, adeò, ut nec Niffel-Gerada, duæ scilicet
defunctæ vestes pretiosiores, lectus ab optimo secundus, duo pul-
vinaria, duo lincamenta cum stragulo sive lecti opertorio, quæ
antè ex Statuto quoque Lipsiensi, vel potius consuetudine danda
erant, teste Carpzovio P. 2. C. 14. D. 51. n. 6. 7. § lib. 6. Resp. 49.
n. 2. Philippi ad Decis. Elect. XXII. Obs. 1. n. 3. hodiè proximæ
cognatæ debeat.

§. 28. Quòd si Maritus concurrat cum filiabus, inspiciendum,
an sint ex priori, an ex posteriori defunctæ matrimonio. Si enim
cum

4.
7.
cum filia sua una vel pluribus succedit Pater in Gerada Uxoris, dividit saltem lectos & lintheamina, vestes verò & ornatus mulieribus, nec non reliqua ad Geradam pertinentia, manent solius filiae, d. art. 1. §. 2. Si verò cum privigna vel privignis Gerada dividenda est, tunc dimidia pars plenæ Geradæ marito attribui debet, d. art. 1. §. 3.

§. 29. Adscribamus ipsissima hujus Statuti verba, cum forsitan in omnium manibus non sit: *Artic. 1. §. 1.* Wann einem Manne sein Eheweib stirbet/ und keine Tochter hinterlässet/ so soll solches Weibes volle Gerade/ ungeachtet dero Mutter oder andere Nisttel in aufsteigender oder seitwärtiger Linie annoch vorhanden / auf dero überlebenden Ehemann fallen / und er dieselbe ohne Wiederrede behalten / hiervon auch einige Nisttelgerade auszuantworten keinesweges schuldig seyn. §. 2. Verliesse aber das Weib eine oder mehr mit dem überlebenden Ehemanne erzeugete Tochter / so sollen solche Töchter die vorhandene Betten und alles leinen Gerathe mit besagtem überlebenden Ehemanne/ ihrem Vater/ theilen/ und demselben davon die Helffte abfolgen lassen / die andere Helffte aber / so wohl allen weiblichen Schmuck/ Kleider und was sonst zur Gerade mehr gehörig/ vor sich alleine behalten / inmaßen denn in diesem Fall der Witber oder Vater von dem jenigen / so außer den Betten und leinen Gerathe anzutreffen / etwas zu fordern nicht befugt ist. §. 3. Hinterliesse das Weib zwar keine mit dem überlebenden Ehemanne/ jedoch aber eine oder mehr aus voriger Ehe erzeugete Töchter / so soll die Helffte dero vollen Gerade auf den Witber oder überlebenden Ehemann/ die andere Helffte aber auf die Töchter voriger Ehe kommen und fallen.

§. 30. Est adhuc Casus in præsentis Statuto non expressus, an scilicet & quomodo maritus Geradam participet cum filiabus, quas defuncta uxor ex utroque matrimonio superstites reliquit, ob und wie der Vater die Gerade mit den Stieff- und seinen rechten Töchtern theile? Cujus decisio nos non parùm torquet. Si enim rigorem Juris inspicimus, videtur dicendum, quòd maritus hoc casu planè sit à Gerada excludendus secundum dispositionem Juris Communis Saxonici, quam toties sequi solemus, quoties de casu dubio in Statuto nil reperitur expressum. Statuta namque
con-

contra Jus Commune, ultra Casum, de quo disertè loqvuntur, non sunt extendenda, Carpzov. P.2. C.14. D.52.n.6.lib.3. Resp. 29.n.9.l.6. Resp. 39.n.7. Richter P.2. Decis.76.n.89. P.3. Decis. 142.n.10. Vol.2. Consil.110.n.12. Conf.166.n.16. Conf.172 n.4. § 6.

§. 31. Ceterùm si ipsam æquitatem & intentionem Eorum, qui Statutum condiderunt, respicimus, admittendus quidem erit maritus, præsertim cùm & Statuta ad casus similem rationem habentes applicari possint, ita ut non dicatur fieri extensio, sed comprehensio, per ea, quæ prolixè ac satis eruditè docet Richter Vol. 2. Conf. 395.n.2. seqq. Verum enim verò qualis sit instituenda Gerada divisio, id sanè controversia non caret. Supponamus exemplum: Moritur uxor relicto marito & duabus filiabus ex priori, tribus verò filiabus ex posteriori matrimonio: Hujus Gerada in lectis ac linteis consistens sit 200. florenorum, reliqua verò Gerada, nimirum vestes, catenæ, armillæ &c. æstimetur pro 500. florenis. Quoad priorem 200. floren. summam dimidia pars mariti erit, arg. §. 2. § 3. Statuti Lipsiensis, an vero ex posteriori 500. floren. summa quid lucretur, non adeò expeditum est.

§. 32. Primo intuitu videbatur dicendum, quòd ante omnia respectu privignarum juxta §. 3. in duas æquales partes dicta summa sit dividenda, non aliter ac si quinque privignæ adessent, quarum quælibet 50. florenos acciperet. Deinde residuos 250. florenos iterùm subdividendos esse similiter in quinque partes, ita ut maritus loco duarum privignarum duas quoque portiones acciperet, reliquas verò tres filiabus suis relinqueret. Neque has de factâ sibi injuria conqueri posse, ac si integra 250. floren. summa ex persona Patris, quem ipsæ prorsus excluderent juxta §. 2. ipsis deberetur, cùm potiùs earum pater ex personis privignarum lucrum quoddam sentire debeat.

§. 33. Et hæc opinio non adeò à Jure Civili abluere videtur, ubi maritus dispari defunctæ beneficio uti solet, quale exemplum occurrit in l. 3. C. de bonis matern. ubi pater, si decesserit mater relicta liberis partim emancipatis, partim in potestate adhuc existentibus, respectu priorum saltem in virilem Ususfructus portionem vocatur, sed ratione posteriorum, omnium bonorum filiis nondum emancipatis quæsitorem Ususfructum habet.

Simili

4.
7.
Simili modo resolvunt Dd. quæstionem Juris de marito inope
succedente cum liberis ex utroque mulieris matrimonio, quod
scilicet portionem suam pro rata liberorum primi conjugii jure
proprietas, pro ratâ verò liberorum secundi matrimonii quoad
Usumfructum tantum habere debeat, Andr. Kohl d. Tr. de Suc-
cess. Conjug. part. poster. num. 91.

§. 34. Sed vix est, ut hæc quoad successionem statutariam
admittamus. Quamvis enim Jura generalia ad casus non ex-
pressos accommodari debeant, jura tamen specialia, si contra ju-
ra communia recepta sunt, ad consequentias produci nequeunt,
nisi in illis casibus, ubi fortè juri singulari fraus fieret, quod i-
psum tamen hic metuendum non est, l. 14. ff. de Legibus, & ad
eam Dn. Gerh. Feltman in amplissimo Commentario ad ff. qui Lipsiæ
prelo subjectus propediem lucem publicam aspiciet, num. 10. Axioma
verò Dd. quod quis sæpè ex alterius persona adipiscatur aliquid,
quod ex sua persona consequi non posset, l. 10. pr. ibique Glossa
ff. quomodo servit. amitt. l. 3. in fine ff. que res pign. cum in causis
tantum individuis rebusque inseparabilibus procedat, Andreas
Kohl l. c. in Gerada, quæ dividi potest ac solet, adhiberi nequit.
Ut taceam, hoc ipsum eadem facilitate de privignis pronunciari
posse, quod ex persona sororum uterinarum excludant vitricum
in præsentî casu quoad totam 500. floren. summam, quæ æquali-
ter, non habito respectu prioris vel posterioris matrimonii, inter
quinque sorores distribuenda esset.

§. 35. Sed nolumus hoc jus ex persona tertii competens,
fundamenti loco huic decisioni substernere; quin potius hanc
ipsam sententiam, quod maritus hoc casu nihil amplius lucre-
tur, quàm si omnes propriæ filiæ essent, ex natura statutorum de-
fendimus. Admittamus ergò maritum quoad lectos & lintea,
cum neque §. 2. neque 3. eum prohibeant, ita ut magis dimidiam
partem ex his ipsi adscribant, sive succedat cum suis filiabus, si-
ve cum privignis. Quoad vestes verò, ornatum muliebrem ac
cetera ad Geradam pertinentia, vacuæ manus ei maneat; cum
nostrum non sit in casibus dubiis atque incertis, & ubi de mente
Sancientium constare nequit, per subauditos intellectus supple-
re ea, quæ Statutum contra jus commune disponens disertis ver-
bis

C

bis

bis ac certâ demonstratione non dicit, Richter *Part. 2. Decis.*
76. num. 89.

§. 36. VIII. *IMMOBILIA* interdum instar mobilium in fo-
ro Saxonico lucratur Maritus, quamvis regulariter in immobili-
bus succedere nequeat, per clarissima verba textuum *suprà th. 3.*
adscriptorum, quorum generalitas luculenter evincit, quòd nec
iis in casibus, ubi uxor vel nulla, vel non sufficientia ad quanti-
tatem, *Authentica Præterea. C. unde Vir & Ux.* reliquerit mobi-
lia, quicquam ex immobilibus bonis marito inopi sit adjudican-
dum, Mollerus *ad Const. 21. P. 3. n. 14.* Carpzov. *P. 3. C. 23. D. 24.*
Dissentiunt Schneidewin & Schultze *ad tit. 1. de hered. qua ab in-
test. def. rubr. de success. inter Vir. & Ux. l. c.* Berlich. *P. 3. Concl.*
29. n. 69. Dn. Stryk *d. cap. 5. sect. 3. §. 9.* Dn. Gastel *in Spec. Jur. U-*
niv. cap. 25. n. 277. Ulterius adhuc dissentiendo progressus est
Richter *d. sect. 4. membr. 2. n. 55. 56. & 57.* dum indistinctè & si-
ne consideratione inopiæ aut divitiarum marito quartam partem
bonorum immobilium de Jure Saxonico asserit, si uxor nulla re-
liquerit mobilia. Sequitur hanc opinionem Dn. Struvius *in Synt.*
Jur. Civil. Exercit. 38. th. 41. eamque in Archi-Episcopatu Mag-
deburgensi pronunciando observari, patet ex Richter. *d. Sect. 4.*
membr. 1. n. 13.

§. 37. Cedunt autem marito uxoris mobilia, si æstimatò
in dotem ~~dotem~~ data; cùm æstimatio Emptionem-Venditionem
faciat, ita ut maritus pretium bonorum immobilium, non ipsa
bona in dotem accepisse præsumatur, *l. 10. ff. de jure dot.* Zanger
de Exception. P. 3. cap. 11. n. 85. Berlich *P. 3. Concl. 29. n. 74.*
Carpzov. *P. 3. C. 23. D. 26. & lib. 1. Resp. 106. n. 9.* Dn. Struvius
d. th. 41. Dn. Stryk *d. cap. 5. sect. 3. §. 8.* Et hæc æstimatio bono-
rum dotalium ab initio statim adjici debet; si enim ex intervallo
& matrimonio jamjam consummato facta, nihil juris quoad suc-
cessionem in maritum transfert, cùm tantùm taxationis causâ ad
conservandam inter liberos æqualitatem, instituendamque com-
modiùs divisionem adhibita censeatur, Berlich *l. c. n. 75. 76.*
Carpzov. *ad d. Const. D. 27. & d. Resp. n. 13.* Idem quoque vide-
batur dicendum esse, si fundus ab initio quidem æstimatò in do-
tem daretur, sed cum hac conventionem, ut mulieri liceret, vel i-
psam

psam repetere rem, vel ejus aestimationem, d. l. 10. §. 6. ff. de jure
dot. Hac enim mulieris electio id juris videbatur in heredes
transferre, ut ipsi, si vellent, fundi dotalis, cujus alienatio mari-
to interdicta erat, l. 1. C. de fundo dot. junctâ l. un. §. 15. C. de R. U.
Ad restitutionem petere possent. Sed rectius etiam talem
fundum marito assignamus, cum in conventionibus, præcipue
præter tenorem juris communis initis, strictè sit inhærendum
verbis, quæ quia in proposito casu solius mulieris, non etiam he-
redum, mentionem faciunt, hinc etiam non his, sed illi soli ele-
ctionis jus competet.

§. 38. Porro Immobilia, quæ maritus ex pecunia dotali suo
nomine comparavit, ipsius mariti sunt, nec ea heredibus uxoris
restituere cogitur, l. 12. C. de jure dot. Berlich l. c. n. 82. Richter
d. S. 4. m. 2. n. 17. Dn. Struvius d. tb. 41. Res enim non succedit
in locum pretii, l. 25. §. 1. ff. de hered. petit. Richter Vol. 2. Conf.
177. n. 3. Adde Gothofred. ad l. 48. §. fin. ff. de furtis lit. e. Non
obstat l. 54. ff. eod. quæ vulgò objici solet, quòd res, quæ ex pecu-
nia dotali comparatæ, dotales esse videantur. Nam quamvis
vel maxime concedatur, res & mobiles & immobiles ex pecu-
nia dotali emtas, videri dotales: nondum tamen exinde sequi-
tur, prædia ideò, quia subtilitate legum videntur dotalia, utpote
ex pecunia dotali comparata, rei quoque veritate esse dotalia &
uxori ita quæsitæ, ut eâ defunctâ ad ejus heredes pervenire de-
berent. Intelligenda enim est d. l. 54. in hunc tantummodò ef-
fectum, ut si res talis soluto matrimonio adhuc penes maritum
vel ejus heredem extet, personali actione pro dote condici, vel
etiam juxta l. 30. C. eod. utiliter vindicari possit, si maritus vel e-
jus heredes solvendo non sint, Gothofredus ad d. l. 12. C. de ju-
re dot. lit. o. §. ad d. l. 54. ff. eod. lit. d. Mollerus ad Const. XXI. P. 3.
n. 29. Carpz. ad d. Const. D. 28. Eckolt. ad ff. tit. de fundo dotali §. 2.

§. 39. Aliter pronunciant Dd. si fundus ex pecunia dotali
nomine uxoris emtus, ipsi traditus & vacua ejus possessio in ju-
dicio traditus, wann nach geschebener Auflassung das Gut der
Frau in Lehn gegeben worden/Mollerus l. c. n. 32. Berlich. l. c. n. 80.
81. Carpzov. ad d. Const. Def. 29. Sibi enim imputet maritus,
quod passus fuerit, pecuniam dotalem conversam in rem immo-
bilem

billem esse, ejusque dominium præcedente prius resignatione
judiciali per investituram in ipsam uxorem translatum. Nec est,
quod hic regeat aliquis, & hoc casu prædium esse mariti, quia
res, quæ surrogatur in locum alterius, ejusdem effectus sit cum
re illa, in cuius locum surrogata, Glossa in l. 1. §. 10. ff. si quis testam.
lib. esse juss. Fallit enim hæc Regula, prout eam cum Bartolo li-
mitant Hunnius *Tractat. Feudal. cap. 9. p. 161.* & Carpzovius *P. 2.*
C. 12. D. 2. n. 5. §. P. 3. C. 23. D. 30. n. 9. §. 10. si surrogati & prin-
cipalis diversa appareat ratio, aliudque in uno specialiter expres-
sum, quod in altero dispositum non est; qualem diversam Juris
Saxonici dispositionem circa mobilia & immobilia Uxoris defun-
ctæ bona nemo ignorat.

§. 40. IX. An LECTOS & LINTEAMINA jure mobiliari
maritus lucrari possit, dubitare licet, cum regulariter omnes cum
linteis lecti ad Geradam spectent, nec nisi unicus marito sit relin-
quendus, *LandRecht lib. 3. art. 38. vers. Stirbet des Mannes Weib/
welche ihrer Wittel die Gerade nimmt/ die soll von der Gerade dem
Manne berichten sein Bette. Weichbild art. 23. vers. Stirbet einem
Manne sein Weib/ ihre nechste Wittel nimmt die Gerade/ sie soll
aber dem Mann sein Bett berichten/ als es stund/ da sein Weib noch
lebet.* Nihilominus tamen cum à Gerada excipiantur lecti, quos
caupo pro receptandis viatoribus in diversorio publico habet,
*Weichbild d. art. 23. ibique Glossa num. 24. Glossa in LandRecht
lib. 1. art. 24. n. 2. in fine, Coler. P. 1. Decis. 60. n. 31.* & quidem
sine distinctione, sive ipse maritus, sive uxor cauponariam exer-
ceat, *Carpzov. P. 2. C. 14. D. 37. n. 3.* inde non incongruè quæ-
ritur, an ejusmodi lecti, qui Geradæ accenseri nequeunt, perti-
neant ob jus mobiliare ad maritum, an verò ad reliquos uxoris
heredes?

§. 41. Ad decidendam hanc controversiam duæ hinc præmit-
tendæ distinctiones, quarum prior à se invicem secernit lectos, qui
uxoris sunt, à lectis mariti. Nam & viros habere proprios lectos,
quos ad usum rei familiaris communem comparaverunt, eorumque
proprietas uxoris non concesserunt, v. g. opifices pro usu
discipulorum suorum, docet *Carpzov. ad d. Const. 14. D. 30. n. 6.*
Ex qua ratione lecti in hospitibus mercenariis maritorum reperti,
præ-

praesumuntur esse ipsorum maritorum, ac proinde in praesentem
quaestionem non venire certum est. Quod si vero constet lectos
esse uxoris, ulterius dubitatur, an post mortem ejus jure mobili-
ari maritus illos retinere queat, si diversorium sit uxoris? Ne-
gant illi, qui lectos in diversoriis pro rebus immobilibus habent,
quam opinionem fovent Petrus Heigius apud Mollerum ad P. 3.
C. 36. n. 5. Joh. Svevius de Rer. & Verb. Signif. lib. 2. pag. 324.
Berlich. P. 3. Concl. 30. n. 24. Schultze in Synops. l. c. Hahnus
ad Wesenb. tit. de Rer. Divis. num. 4. vers. Nisi per interpretatio-
nem, Gastel in Spec. Jur. Univ. l. c. ubi delendum erit sphaema
typographicum & legendum, sed ad mobilia non referuntur.

§. 42. Et certe haec opinio non omni destituitur plausibili pro-
babilitate, cum saepe res mobiles pro immobilibus ob destinatio-
nem & cohaerentiam reputentur. Hinc notanda quoad hanc
quaestionem altera distinctio inter destinationem realem sive co-
haerentiam per modum affixi, struati vel injecti, wann etwas Erd-
Biedt und Nagelfeste gemacht worden / & inter destinationem praes-
sumtivam. Prior cohaerentia, si non temporis causa, sed in per-
petuum facta, destruit qualitatem rerum mobilium, easque in
immobiles convertit, ita ut ea, quae sua natura mobilia sunt, si
affigantur, portiones domus fiant, l. 12. §. 23. ff. de instr. vel instrum.
leg. Posterior vero id ipsum operari nequit; unde & aliae res
in diversoriis mobiles ad usum quotidianum atque perpetuum
destinatae, v. g. mensae, mappae, orbes, patinae, cochlearia &c. in-
ter immobilia non numerantur.

§. 43. His praesuppositis affirmamus cum Andr. Goldbeck
de Jure Gerad. cap. 4. n. 54. seqq. Carpzovio P. 3. C. 24. D. 10.
Richtero Vol. 2. Consil. 43. num. 6. Maritum lucrari quoque lectos
& linteamina Uxoris in diversorio publico existentia, licet in u-
sum hospitem ac peregrinorum sint confecta & adhibita. Non
obstat l. 17. §. 7. ff. de Action. Emt. Vend. quod Labeo generaliter
scribat, ea, quae perpetui usus causa in aedificiis sunt, aedificii es-
se. Si enim accuratè inspicimus antecedentes hujus legis para-
graphos, patet ad oculum ex pr. verb. Etiam si aedificio coheret,
ex §. 1. verb. Tametsi ad eam rem comparata, & ex §. 4. non solum
respici, an aliquid cohaereat aedibus, sed simul requiri, ut positum

C 3

sive

4.
7.
+ Layferb. J. Henat
ver. g. min. P. 15. 23.
juris h. fictione p. m.
verb. 5th.

diffent. Quib.
D. l.



diff. fact. l. 1. et si affixis res ee in perpetuum usum destinatas, licet si sint affixe.

five affixum sit perpetui usus causâ. Cùm proinde *d. l. 17. §. 7.* intelligenda tantùm sit de (1.) affixis (2.) in perpetuum usum, non contrariari nobis potest de Lectis loquentibus, qui nequaquam cubiculis diversiorum affiguntur. Sicuti ergo Cilicia vela ædium non sunt, *d. l. §. 4.* quamvis ideò comparata, ne ædificia vento vel pluviâ laborent, *l. 12. §. 17. ff. de instr. vel instrum. leg.* ita neglecti in diversoriis, licet ad quotidianum usum instructi, pro partibus ædium ac quasi immobilibus haberi debent.

§. 44. Ex *h. l. 17. §. 10.* simul constat, quòd X. LIGNA etiam si præparata & ad ædificium destinata, ædium tamen non sint, ac propterea rectè mobilibus accenseantur, & ita in Collegio Jenensi pronunciatum esse mense Decembr. Anno 1640. testatur Richter *Part. 1. Decis. 56. num. 11.* Idem XI. de TEGULIS dicendum esse, quæ pondum ædificiis impositæ, quamvis tegendi gratiâ allatæ sunt, docet Javolenus in *l. 18. §. 1. ff. de Ad. Emt.* Quod si verò aliquid ex ædificio detractum, ut iterùm reponatur, pars ædificii manet, *d. l. 17. §. 10. & d. l. 18. §. 1. ff. d. t.*

Id. neg. fact. d. jure in curia mercator. ff. 72. iog. de jure.

§. 45. XII. De MERCIBUS, quarum appellatione omnes negotiationes continentur, *l. 1. §. 1. & l. 5. §. 4. ff. de tribut. act.* controversantur inter se Dd. utrum defunctâ uxore ab ipsa relicta ad maritum superstitem pertineant? Negativam tuentur, qui merces in tabernis inter immobilia reputandas esse contendunt; in quam rem adducunt *l. 34. pr. ff. de pignor. & hypoth. l. 76. ff. de Judiciis. l. 32. §. 2. ff. de Usu & Usufr. leg.* Affirmativa tamen magis arridet sententia, quia merces in se & suâ naturâ mobiles sunt, quam proprietatem Leges Civiles fingendo non imutârunt, sed potius confirmârunt in *l. 66. ff. de U. S. Joh. Svevius d. tr. lib. 2. pag. 324.* Hinc benè concludimus, merces, cujuscunque sint generis, post mortem uxoris mariti lucro cedere, Berlich. *d. Conclus. 30. n. 22. seqq.* Schulz in *Synops. Instit. d. c. Carpzov. ad dict. Const. 24. D. 9.* Richter *Vol. 2. Consil. 334. n. 2.* Et hanc sententiam peculiari Rescripto confirmavit JOHANNES GEORGIUS I. Elect. Sax. beatissimæ memoriæ de dato 24. Januar. 1617. ad Scabinos Lipsienses, quod verbotenus recitat Johann. Philippi *ad Decis. Elect. LX. Obs. 2. n. 13.*

§. 46.

§. 46. Ad allegatas Leges obstantes sine negotio respondere
Hect. Nam l. 34. pr. ff. de pign. & hypoth. disquirat, an appella-
tione Tabernæ, quæ creditori data pignori est, merces in ea exi-
stentes obligatæ videantur? Præsupponit autem ipsa Lex talem
tabernam, quæ per se inutiliter pignori datur, qualis est in solo
publico posita, aut de publico conducta, Gothofr. ad b.l. lit. s. &
hoc casu respondet ea, quæ mortis tempore debitoris in taberna
inventæ sunt, pignori obligatæ esse. Sed exinde non conficitur,
merces in taberna repertæ, quasi partes tabernæ obligatæ videri;
Imò magis à contrario sensu inferimus, non obligari merces pi-
gnori datæ tabernæ, si modo hæc ipsa per se rectè & efficaciter
obligari possit. Committitur ergo fallacia causæ, dum ratio de-
cidendi genuina in qualitate mercium quæritur; cum tamen in
præsentî casu respiciatur ad mentem contrahentium, ita ut verba
debitoris, qui tabernam, quam tamen non poterat, pignoris loco
promisit, metonymicè potius sint interpretanda, quàm pro inani-
bus & dolosis habenda.

§. 47. Altera lex obstat 76. ff. de Judiciis est quidem satis
notabilis, quòd in ea ex hypothesi admittantur Jcti doctrinam Epi-
curorum de Atomis; ceterum quoad præsentem controversiæ
statum vix quicquam contra nos probare potest. Ambabus enim
largiamur manibus, quòd partibus commutatis eadem res maneat:
ex eo tamen concludere nequaquam licet rem manentem pro im-
mobili esse habendam. Assumamus loco exempli ex ipsa lege
Navem, de quâ dicitur, quòd quamvis sæpius refecta, ut nulla ta-
bula eadem maneret, quæ non nova fuisset, nihilominus tamen
eadem navis existimetur. NAVEM verò, hoc non obstante, esse
rem mobilem, discimus ex l. 1. §. 6. & 7. ff. de vi & vi arm. l. 20.
§. 4. ff. quod vi aut clam, ubi his interdictis, quæ ad res mobiles non
pertinent, nec ea, quæ in navi sunt, continentur, Berlich. d. Concl.
30. n. 14. Carpzov. P. 3. C. 24. D. 7. n. 6. Wissenbach ad ff. tit. de
Legat. 3. Disp. 2. th. 9. & tit. de vi & vi arm. Disp. 23. th. 25. in fine.

§. 48. Denique non nobis contraria est d.l. 32. §. 2. ff. de Usu
& Usufr. leg. ex qua Matth. Colerus de Process. Executivo Part. 2.
cap. 3. n. 6. merces & alia ad vendendum deputata non venire
appellatione mobilium, probare conatur. Sed frustra. Si enim
inspi-

Inspicimus casum d. l. relictus erat uxori usufructus domum & omnium rerum, quæ in domibus erant; hinc postea quærebatur, an sub hoc legato etiam lanæ mercis causâ paratæ & purpuræ continerentur, quia in legatis domibus essent. Negat Jctus & suam decidendi rationem non in distinctione rerum, an mobiles, an immobiles sint, fundatam cupit, sed in voluntate testatoris, quem de his legandis, quæ venalia ibi essent, non sensisse scribit. *Seq. §. 3.* Quod autem testator non senserit de mercibus legandis, videtur ex eo colligi posse, quod res certo loco demonstraverit, *vers. que in his omnibus erunt.* Ubi verò legantur mobilia certo loco demonstrata, veluti domus vel fundus cum iis, quæ ibi sunt, ibi neque merces venales, neque pecuniæ, neque animalia continentur, *l. 41. §. 6. l. 44. l. 79. §. 1. ff. de legat. 3. l. 1. C. de U. S.* Secus est, si legentur mobilia generaliter & simpliciter sine certi loci demonstratione, *Bachovius d. tr. de Pignor. §. Hypoth. lib. 1. cap. 6. n. 8. Wissenbach ad ff. d. Diff. 2. th. 9.*

§. 49. XIII. METALLICAS PARTES, quæ vulgò *Ruclus* nominantur, in præjudicium liberorum marito sæpè assignatas fuisse testatur *Carpzovius P. 3. C. 25. D. 1. n. 2.* hujusque sententiæ argumenta & rationes ex *Christoph. Zobelio P. 3. Differ. 10.* adducit *Berlich. P. 3. Concl. 35. n. 2.* Reversus tamen contrarium postea in Electoratu Saxonie est receptum *ob l. 3. §. 6. in fine, l. 5. pr. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. confirmatumque per Constitutionem Electoralem XXV. Part. 3.* ita ut ipsæ partes metallicæ immobilibus, proventus verò sive redditus ex istis, si jam separati & percepti sunt, mobilibus accenseantur, atque defunctæ uxore, ad maritum superstitem devolvantur, quamvis ab ipso nondum realiter fuerint apprehensi, *ob sie gleich aus der Gewerkschaft noch nicht abgehohlet.* *Reinhard. Rosa in Addit. ad Moller. d. Const. n. 9. Berlich. d. Concl. 35. n. 10. Carpzov. ad d. Const. D. 2. n. 6. seqq.*

§. 50. XIV. Videmus, an & MOLENDINA in censum rerum mobilium veniant, & post mortem uxoris marito cedant? Notissimum autem est, molendina esse triplicis generis: alia aquatica, quæ in solo ac ripis fluminum exstructa conspiciuntur, alia navalia, quæ instar navium super aquis moventur, denique quædam pneumatica, in quibus venti ad molendum tanquam operarii sunt conducti, uti

uti loquitur Francisc. Baco Verulamius *Histor. Ventor. Prefat.*
De Aquaticis nullum est dubium, ad immobilia pertinere, quo-
niam terris fluminum adhærent: de ceteris verò non adeò ex-
pedita res est.

§. 51. Quod Molendina Navalia attinet, ea rebus imobilibus
accensenda esse existimant Sigism. Finckelthaus. *Disp. Feudal.*
3. *controvers.* 20. Joh. Hering *de Molendinis* q. 8. n. 16. Hahnus
ad Wesenb. tit. de Rer. Divis. n. 4. verb. Nisi per interpretat. Dn.
Struvius *in Synt. Jur. Feudal. cap. 6. th. 11. n. 6. § in Syntagm. Jur.*
Civil. Exercit. 45. th. 104. ob duplicem rationem: primò, quia eo-
rum usus non sicuti navium consistat in eo, ut de loco in locum
moveantur, sed ut subsistentia in certo loco eundem, que malia
molæ, quas aquæ versant, præbeant usum; deinde, quoniam fu-
nibus aliisque mediis firmiter terræ alligari soleant, weil sie an
Brücken/Pfälen oder Anckern auf dem Wasser feste gemacht werden.

§. 52. Non obstantibus tamen his rationibus ab hac senten-
tia discedunt Ludwel. *Exercit. Justin. V. th. 1. lit. c. § in Synopsi*
Jur. Feudal. cap. 12. pag. 251. Colleg. *Jur. Arg. tit. de Rer. Divis. th.*
56. Wissenbach *ad ff. Disp. 23. th. 25. in fine,* Arumæus *Disput.*
Feudal. 4. th. 8. Berlich. *P. 3. Concl. 30. n. 12.* Carpzov. *P. 3. C. 24.*
D. 8. n. 3. Richter *Vol. 2. Consil. 334. n. 3.* quibus & nos calculum
nostrum adjicimus in præsentî quæstione, quam non leviter pro-
batam damus ex *l. 60. ff. de A. R. D. junctâ l. 18. pr. ff. de Act. Empt.*
Quemadmodum enim granaria sive horrea frumentaria ex ta-
bulis ligneis facta mobilia nequaquam solo cedunt, quamvis ei
sint inædificata, nisi & stipites eorum in terra fuerint defossi;
ita nec molendina navalia, licet funibus terræ sint alligata, pro
imobilibus haberi debent, cum facilè salva & integra de loco
in alium transvehi locum, ibique usui esse possint.

§. 53. Idem de Molis alatis, quæ à ventis commoventur,
censent Joh. Borcholt *de Feud. cap. 6. n. 11.* Frid. Pensold. *in Ad-*
dit. ad Coler. P. 2. Decis. 286. n. 287. Berlich. *d. Concl. 30. n. 13.*
Colleg. *Jur. Arg. l. c. & Carpzov. l. c. n. 5.* easque inter res mobi-
les referunt, per *d. l. 60. ff. de A. R. D.* Verum enim verò satis ma-
nifestè ex *d. l.* apparet, Idem non loqui de quibuslibet granariis,
sed disertè de mobilibus, qualia non sunt, quorum stipites terræ

D

fir-

Lauber & Aliner
9 min. 15. 23. inf

firmiter insiti, d. l. 18. pr. ff. de Aët. Emt. Illa proinde granaria & molendina, quorum columnæ mediæ, inferiores trabes & tigna transversaria ita terræ cohærent, ut nisi omnia dissolvantur, destruantur & effodiantur, in alium locum transferri nequeant, pro rebus mobilibus habere nequaquam debent, licet superiores partes, ut eò commodius vento alæ versentur, circumcirca agitari possint. Vnde præter Dd. th. 51. allegatos Ernest. Cothmann. Vol. 3. Resp. 11. n. 17. & Resp. 12. n. 22. Joh. Philippi in Usu Pract. Instit. lib. 2. Eclog. XI. & ad Decis. Elect. LIII. Obs. 1. n. 7. 24. seqq. Pertinebunt ergò defunctæ uxore molendina pneumatica non ad maritum, sicuti navalia, sed ad ceteros heredes.

§. 54. XV. Lucratur maritus omnem numeratam uxoris PECUNIAM, sive præsidii causâ & ad conservandam familiam fuerit seposita, sive ad emtionem rerum mobilium aut etiam ad negotiationem destinata, Berlich. d. Concl. 30. n. 2. seqq. Carpzov. P. 3. C. 23. D. 7. Non obstant l. 79. §. 1. ff. de legat. 3. & l. 3. §. 6. ff. de contr. tut. aët. quarum argumento pecuniam emtioni prædiorum destinata pro re immobili esse habendam, probare conatur Wissenbach ad Instit. Imperial. Disput. X. th. ult. Nam quod d. l. 79. concernit, eandem pro contraria potius sententia adduci posse, patet ex ipsius Wissenbachii Comment. ad ff. d. Disput. II. th. 9. ubi arg. b. l. negat legato immobilium contineri pecunias emtioni prædiorum destinatas. Respondet Idem simul & ad d. l. 3. §. 6. quòd scilicet pecunia pupillorum & minorum deposita ad comparationem prædiorum, saltem quoad alienationem sine decreto non faciendam ex singulari pupillorum & minorum favore jure rerum immobilium censeatur. Diluit denique ibidem de destinatione objectionem, pluribusque exemplis demonstrat, hoc Dd. brocardicum, quòd destinatum haberi debeat pro actu consummato, haud universaliter verum esse. Adde Gothofred. ad l. 58. §. 1. ff. pro socio lit. f.

§. 55. Ea quoque pecunia, quam aliis creditam mulier moriens reliquit, marito debetur, etiamsi sub usuris vel ad Cambium elocata fuerit, Berlich. P. 3. Concl. 33. n. 13. Carpzov. dict. Const. Def. 9. Nec hic attenditur distinctio, an vivâ uxore solutionis dies venerit, an non, siquidem utroque casu marito acquiri san-

sanctum est in *Constit. Saxon. XXIII. Part. 3.* ubi *Carpzov. Def. 8. Richter d. sect. 4. membr. 2. n. 27. Dn. Stryk l.c. §. 4.* Pertinet huc quoque *Sors*, pro qua quis pensiones annuas cum hac conditione emit, ut ipsi singulis annis integrum sit, illam erogatae pecuniae summam recuperare. Cum enim contra naturam annuorum reddituum redimibilium, *vid. supra §. 20.* hoc pactum sit adjectum, inde pecunia hoc casu pro credita & sub usuris mutuò data habetur, quae ad maritum post mortem mulieris pervenire debet, *Reinhard. Rosa ad Moller. in Const. 24. Part. 3. n. 4. Berlich. d. Concl. 34. n. 34. Carpzov. d. P. 3. C. 24. D. 4. n. 5.*

§. 56. Nec deneganda marito est pecunia ex alienatione bonorum uxoris immobilium, siue dies solutionis jamjam venerit, siue etiam statis atque distinctis terminis adhuc sit solvenda, *Carpzov. P. 3. C. 21. D. 9. n. 3. Berlich. P. 3. Concl. 31. n. 8.* Ut autem ejusmodi alienatio subsistere, & marito prodesse possit, praecedere eam debet non modò mariti consensus, utpote qui non nisi in casu necessitatis & alimentorum causâ omitti potest, *Carpzov. lib. 5. Resp. 24. n. 13. §. P. 2. C. 15. D. 25.* sed & alius Curator uxori adhibendus, ut ejus praesentia & autoritas omnem fraudem, quae de marito hoc passu praesumi posset, *Coler. Part. 2. Decis. 286. n. 73. seqq. purget, Berlich. P. 3. Concl. 29. n. 85. seqq. Carpzov. P. 3. C. 23. D. 31.* Quòd verò *Frid. Pensold. in Addit. ad Coler. Decis. l. c. n. 209. & Berlich. l. c. n. 95. 96.* decretum magistratus & causae cognitionem argumento eorum, quae de minore in jure expressa sunt, ad immobilium uxoris alienationem necessariò requirant, id displicet *Carpzovio d. Def. 31. n. 7. seqq.* qui nec in praxi hoc ipsum attendi putat. *Richter* tamen *Vol. 2. Consil. 192.* distingvit, utrum Uxor collaterales tantum post se reliquerit, an liberos, an verò matrem. Ratione liberorum causae cognitionem & magistratus decretum intervenire debere existimat, non etiam respectu collateralium atque ascendentium, & hanc sententiam praesudicium nonnullis illustrat. Adde *Dn. Stravium in Synt. Jur. Civ. Exercit. 38. tb. 41.*

§. 57. Quæstio quoque hujus loci est, an Marito restituenda sit pecunia, si evenerit casus, ut praedictum ab uxore sub pacto retrovenditionis emptum eâ defunctâ, refuso pretio redimatur? *Vi-*



debat^r affirmandum esse per ea, quæ in similibus tradunt Cynus *super l. ea demùm 6. C. de Collationibus n. 2. in fin.* Tiraqvell. *in Retract. Consanguin. in fin.* Rauchbar *Part. 1. quest. 37. n. 19. seqq.* quorum præcipua ratio hæc est, quòd ejusmodi contractus esset conditionalis, & idè ejus resolutio deberet retrahi ad ipsius contractus initium, ita ut pretium ex retrovenditione perveniret ad eos, ad quos pertinuisset, si emtio-venditio sub tali pacto celebrata nunquam fuisset. Plures hujus opinionis sectatorum rationes adducit Berlich. *Part. 3. Concl. 30. n. 29. & 30.* ad quos tamen *numm. subseqq.* etiam respondet.

§. 48. Negamus ergò cum Berlichio *l. c.* & Carpzov. *lib. 5. Resp. 30. & P. 3. C. 23. D. 33.* pretium factâ reuisione prædii marito deberi. Cùm enim talis venditio non sit sub conditione contracta, sed saltem pacto conditionali modificata, per se verò pura, ita ut pleno jure dominium in emtorem sit translatum; hinc etiam non retrahenda erit Revenditio ad ipsius contractus initium, quod alias in contractibus conditionalibus fieri facillè largimur. Accedit, quòd in hac successione statutaria unicè respiciatur, qualia & quanta reverà fuerint bona tempore mortis defunctæ. Hujus tamen asserti duplicem Dd. ponunt limitationem, (1.) si hæc venditio in fraudem usurariam facta; quo casu, quamvis emtionis-venditionis cum pacto de retrovendendo expressis verbis mentio fiat, contractus tamen pignoratitius & usurarius iudicatur, Carpzov. *P. 2. C. 1. D. 2. n. 11.* hinc sicuti alia pecunia sub usuris credita ad maritum pertinet. (2.) Si actio retrovenditionis vivente adhuc muliere fuerit instituta, quæ existente licet reuisionis termino vana effugia quærens processum retardavit, ac lite pendente mortem obiit. Nam hoc casu sine culpa sua hoc lucro non defraudandus maritus erit.

§. 59. Restat, ut videamus, quid juris sit circa pecuniam, quæ uxori à coherede de bonis immobilibus ex patris, matrisve aut alterius cujusvis hereditate titulo familiæ heriscundæ singulis annis aliisve solutioni præfinitis intervallis debetur? Distingvunt Dd. utrum vivâ uxore solutionis dies venerit, an non: priori casu ut rem mobilem marito adjudicant, posteriori verò rebus immobilibus accensent. Et hanc sententiam non modò observantia
fori

fori Saxonici, sed & expressa *Constitutio Elector. XXI. Part. 3.* comprobavit, ad quam vide Mollerum & Carpzovium *Def. 1. 4. 5. § 6.* ubi simul docet, quod maritus nequidem pro rata temporis, si paulo ante solutionis diem decesserit Uxor, vel etiam si intra trigesimum post mortem uxoris dies solutionis venerit, ex pecunia hereditaria quicquam lucretur, secus quam statuunt *Colerus Part. 2. Decis. 286. n. 163. Berlich. Part. 3. Conclus. 31. n. 12. 13.*

§. 60. Allata tamen distinctionis nullus est usus, si talis hereditaria pecunia statis temporibus cum usitatis ac legitimis usuris, neben den Land-üblichen Zinsen / à coherede Uxori solvi debeat. Usurarum enim perceptio efficit, ut amittatur jus in re, quod alias uxor haberet, nisi potius personam & fidem creditoris sequi voluisset. Pertinebit ergo etiam ejusmodi pecunia hereditaria ad maritum, licet ejus dies nondum venit, quia hoc casu cessat ratio, propter quam pecunia hereditaria, cujus dies nondum venit, alias pro re immobili habetur, quæ in eo fundata est, quod Uxor ante solutionis diem æquè jus hereditarium in re illa immobili retineat, atque alter coheres, cui res in divisione cessit, *Berlich. P. 3. Concl. 31. n. 14. Carpzov. d. Const. 21. Def. 1. n. 9.*

§. 61. XVI. De REBUS PRETIOSIS MOBILIBUS dubium alicui suboriri posset, an & eas lucretur Maritus, cum alias communiter immobilibus æquiparari soleant, *Rauchbar Part. 1. quest. 26. num. 35. Gothofred. ad l. 22. C. de administrat. tut. lit. f.* Ita videmus ejusmodi res domino suo præstare immunitatem satisfaciendi, licet per *Constit. Saxon. V. Part. 1.* ille duntaxat Aëtor à satisfaciendo sublevetur, qui in terris Electoratus immobilia bona possidet, *Carpzov. ad d. C. 5. Def. 19. Zanger de Exception. Part. 2. cap. 21. num. 35.* Similiter quoque res Minorum pretiosæ ad instar immobilium sine decreto Magistratûs distrahi non possunt, *d. l. 22. C. de administrat. tut. Carpzov. P. 2. C. 14. D. 69. § lib. 6. Resp. 118. n. 22.*

§. 62. Ceterùm cum in dictis casibus comparatio rerum pretiosarum cum bonis immobilibus saltem secundum quid ex specialibus rationibus sit instituta, hinc simpliciter accipienda & ad quosvis casus emergentes applicanda non est. Quemadmo-



Præsumptio
Feud.

dum ergò ob generalitatem textuum Juris Feudalis feuda in rebus mobilibus pretiosis constitui nequeunt, licet res pretiosæ immobilium jure nonnunquam censeantur, Hunnius *Tract. Feudal. cap. 9. pag. m. 159.* Ludwel. *in Synops. Jur. Feudal. cap. 12. pag. 242.* Ita etiam generalitas textuum Juris Saxonici efficit, ut maritus hujus generis res lucretur, nec eæ ad uxoris heredes ac si immobiles essent, perveniant, Coler. *in sepius alleg. Part. 2. Decis. 286. num. 47. seqq.* Berlich. *P. 3. Concl. 29. num. 54.*

§. 63. Tandem etiam XVII. Marito debetur TORCULAR sive PRESSORIUM, quo in prædio uxoris à maturis uvis musta vindemitores extorquent, unâ cum labris ac lacubus ceterisque vindemiatoriis instrumentis, quia partim sunt portabilia & facile ab uno loco in alium moveri possunt, partim quia eorum avulsio non inducit aliquam ædificii deformitatem, Colerus *d. Decis. 246. num. 32.* Richter *Vol. 2. Consil. 334. num. 1.* Carpzovius *P. 3. C. 24. D. 7. n. 9.* ubi simul mense Junio Anno 1633. ita Lipsiæ pronunciatum refert.

§. 64. Nihil autem interest, sive Uxoris Mobilia in territorio Saxonico existant, sive alibi in peregrinis provinciis, ubi Jus Saxonicum non viget, reperiantur, Rauchbar *Part. 1. Quest. 16. num. 7.* Berlich. *P. 3. Concl. 29. n. 109.* Carpzov. *P. 3. C. 23. D. 13.* Cujus rei hæc est ratio, quòd Mobilia personam sequantur, ubicunque etiam terrarum inveniantur. Cùm ergò Persona illis se submisisse Statutis dicatur, ubi domicilium constituit, hinc & in successione mobilium Statuta domicilii attenduntur, Carpzov. *P. 3. C. 12. D. 13.* Dn. Stryk *d. Tract. cap. 2. art. 3. §. 3.* Sola tamen habitatio domicilium non efficit, sed præter possessionem, sive ea sit propria, sive conducta, sive precaria vel gratuita, requiritur constitutio rerum & fortunarum suarum cum deliberato animo permanendi perpetuò eo in loco, quem inhabitamus, Richter *in Tr. de Success. ab intest. proæm. num. 23.* Quamvis proinde Uxor majoris securitatis vel curandæ valetudinis, vel aliâ de causa in certo loco extra Provincias Saxonicas ad tempus habitaverit, & ibi decesserit, lucratur tamen maritus mobilia, si perpetuum domicilium in Saxonice ditionibus constitutum habet. Quod si plura in diversis locis, partim intra, partim extra
terri-

territorium Saxoniae contracta sint domicilia, l. 5. l. 27. §. 2. ff. ad
municip. in arbitrio mariti erit, secundum cujus domicilii Statuta
succedere velit, Carpzov. lib. 6. Resp. 38.

§. 65. Remanent ergo præmortuâ uxore, omnes omninò
res mobiles marito, exceptâ solâ Geradâ, salvâque Legitimâ, quæ
Liberis aut Parentibus debetur. Et quidem quod Geradam con-
cernit, tenetur maritus res ad eam pertinentes relinquere filiabus
aut proximæ cognatæ, nisi Statuta specialia locorumque consue-
tudines aliud jubeant. Confer supra §. 27. seqq. Si verò fortè
Maritus universa jamjam apprehenderit mobilia, incumbit ipsi
necessitas edendi vel inventarium confectum, vel juratoriam sal-
tem bonorum utensilium designationem, Carpzov. P. 3. C. 23.
D. 14. Richter Part. 1. Decis. 58. n. 14. Philippi ad Decis. Elect.
Saxon. XXI. Obs. 1. n. 3. Similiter quoque mediante inventa-
rio, vel eo deficiente, inramento suo bona tam immobilia, quàm
mobilia indicare debet, si Legitima illis, quibus in linea descen-
dente vel ascendente debetur, est assignanda vel supplenda, Rich-
ter l. c. n. 16. 17. In linea verò collateralis fratribus atque sorori-
bus defunctæ legitima de bonis mobilibus exhibenda non est, I-
dem de Success. ab intest. S. 4. m. 2. n. 35. Quemadmodum au-
tem in Legitimam filiarum imputatur Gerada in favorem patris,
Constit. Elect. Sax. XI. Part. 3. ibique Carpzov. Def. 1. 2. 3. &
4. ita vicissim pater non modò de ceteris rebus mobilibus, sed
etiam de Gerada, si ea ex statuto ipsi deferatur, Legitimam filio-
rum maternam supplere debet. Carpzov. lib. 6. Resp. 49.

§. 66. CAUSA FINALIS hujus Juris Mobiliaris est
Acquisitio. Acquiri enim Marito hereditatem Uxoris, quæ po-
tissimum olim in rebus mobilibus consistebat, cum immobilia ex
antiquis Saxonum legibus mulieres vel nulla, Carpzov. Part. 3.
Const. 23. Def. 22. n. 4. vel sanè pauca possiderent, æquitati con-
sentaneum videbatur, partim ob mutuam affectionem conjuga-
lem, partim etiam ob onera matrimonii, propter quæ aliàs fru-
ctus dotis marito cedunt, l. 2. C. de Jure dot. Hæc posterior
tamen ratio non sola & à priori separata arripi debet, ne cogamur
admittere, illos maritos incapaces successionis esse, quibus
vel uxor statim post contractas nuptias mortua, vel etiam in do-
mibus

mibus Socerorum alimenta subministrata fuerunt, Carpzovius *d. Const. 23. Def. 20.*

§. 67. Sequuntur EFFECTUS, qui sunt vel lucrativi, respicientes commoda mariti ejusque heredum, vel onerosi, dum juxta contrarium sensum *l. 10. ff. de R. J. incommoda* quaedam maritum sequi jubent earum rerum, quarum ipse lucrum sentit. In lucro enim Maritus omnino ponere debet, quod Uxor eo non consentiente, nihil ex rebus mobilibus, licet omnia in iis consistant, in ejus præjudicium quocunque modo alienare & in aliam personam transferre possit, vel per testamentum, *Constit. Elector. Sax. VIII. Part. 3.* ibique Carpzovius *Def. 1. 2. 3. 4. § lib. 5. Resp. 24. n. 1. § 2.* vel inter vivos donatione, aliove contractu, *Idem Def. 5. § d. lib. 5. Resp. 10. n. 23. Resp. 24. n. 3. Zobel. in Addit. ad Landrecht lib. 1. art. 31. lit. e. Philippi ad Decis. Elect. Sax. XXIV. Obs. 4.* Dissentit quoad eum casum, ubi nulla plane adsunt immobilia, & tunc uxori testandi facultatem de mobilibus concedit *Berlich. Part. 3. C. 9. n. 15.* sed ipsi jam satisfecit *Carpzov. d. Def. 4. n. 7. § Def. 8. n. 10.* distinguendo, quod nemini quidem libera testandi facultas auferri possit directio per pactum aut conventionem privatam, bene tamen per quandam consequentiam, vel etiam per modum condendæ legis. Hic effectus lucrativus tam efficax est, ut quævis Sponsa per donationem inter vivos aliumve contractum pro lubitu mobilia sua alienare, & de iisdem vel mortis causâ, vel in testamento disponere possit, nihilominus tamen ejusmodi donatio mortis causâ aut testamentum consummato per consensionem thalami matrimoniõ iterum rescindatur, *Carpzov. lib. 6. Resp. 62.*

§. 68. Alter effectus lucrativus concernit commodum mariti heredum, ad quos etiam non agnita à Marito Mobilia devolvuntur, *Carpzov. P. 3. C. 14. D. 27. Richter Part. 1. Decis. 67. n. 26.* Cujus rei hæc est ratio, quod marito Mobilia ex particulari & ab hereditate separato titulo deferantur, *vide supra §. 2.* Hujusmodi autem lucra non requirunt agnitionem, sed sine ea ad heredes transmittuntur, *Carpzov. d. C. 14. D. 25.* ceu patet ex beneficio detrahendæ Falcidiæ aut Trebellianicæ, quod etiam non acceptum ad heredes transfertur, *l. 10. C. ad L. Falcid. l. unic. C. quo-*

rum

rum legat. Eadem ratione Gerada ad proximam cognatam & res expeditoria ad Agnatos transmittuntur, licet Aditio nondum intervenerit, Carpzov. d. Def. 25. n. 6. & Def. 26.

§. 69. Effectus onerosi consistunt in eo, quod maritus teneatur solvere (1.) Impensas in exequias defunctæ uxoris factas conjunctim cum heredibus pro ratâ Mobilium, l. 27. ff. de relig. & sumpt. fun. Carpzov. P. 3. C. 25. D. 19. (2.) Æs alienum respectu mobilium contractum, & quidem solus, si certò constet, & probari possit, uxorem ratione mobilium debere, conjunctim verò cum heredibus pro ratâ in casu dubio, ubi incertum est, an mobilium, an immobilium nomine defuncta creditoribus suis obligata fuerit, Mollerus ad P. 3. Const. 23. num. 10. Berlich. P. 3. Concl. 29. n. 115. seqq. Carpzov. P. 3. C. 25. D. 15. & 16. Quod si verò immobilia non sufficiant ad solvenda debita horum nomine contracta, tenebitur etiam in subsidium maritus; cum potior habenda sit ratio creditorum, qui de damno evitando solliciti sunt, quam mariti de lucro captando certantis, arg. l. 14. §. 1. ff. de relig. & sumpt. fun. l. 26. ff. de damno infecto. Carpzov. l. c. Def. 17. Differt hoc ipso Jus Saxonicum à Jure Civili, ubi ante omnia de mobilibus, & his demùm deficientibus ex immobilibus bonis æs alienum exsolvendum, l. 15. §. 2. ff. de re jud. Berlich. l. c. n. 114. Carpzov. d. Def. 15. n. 1. 2.

§. 70. Ad Effectus referri quoque debet Jus Retentionis, quod majoris securitatis gratiâ, l. 25. l. 204. ff. de R. J. in domo vel fundo defunctæ competit marito, ut non teneatur inde discedere, donec de mobilibus ipsi satisfactum fuerit, Mollerus ad P. 2. Const. 25. n. 11. Berlich. P. 2. Concl. 32. n. 28. Carpzov. ad d. Const. 25. D. 18. Idem jus mariti quoque heredibus competere videtur, non ideò tantùm, quòd Jus Retentionis ad successorum singularem transire soleat, Mollerus l. c. n. 6. sed etiam ex natura correlatorum, quorum eadem est disciplina. Sicuti ergò viduæ ejusque heredibus in bonis defuncti mariti competit Retentionis Jus, Carpzov. d. Const. 25. Def. 16. n. 1. sic quoque defunctæ uxore marito ejusque heredibus idem jus denegari non poterit.

E

§. 71.

§. 71. Restant **CONTRARIA**, quæ Successionem Mobiliam vel restringunt, vel planè tollunt. Primò autem locò connumeranda venit certæ portionis in **PACTIS DOTALIBUS** facta assignatio, quâ contentus esse debet maritus nec regressum ad intestatam mobilium successionem habet, *Constit. Elect. Sax. XX. Part. 3. vers. Wann zwischen Eheleuten & Bestiftungen veredet re. ibique Rosa ad Moller. num. 10. in fine. Carpzov. P. 3. C. 23. D. 1. Richter Vol. 2. Conf. 323. n. 3. & de Success. sect. 4. num. 5.* Huc tamen trahendum non est, si maritus in Tabulis dotalibus dicat, se cum certâ summa pro dote velle contentum esse, *Er wolle mit so viel Ehegelde und Heyrathsguthe wohl zu frieden seyn/* quibus verbis nequaquam lucro mobiliari renunciâsse censendus est, prout Ampliâ. Facultas Juridica Lipsiensis respondit Mense April. Anno 1664. ad consultationem **Hansen Friedliebs von Embden.**

§. 72. Secundò **STATUTA LOCALIA & CONSVETUDINES** faciunt cessare Dispositionem Juris Saxonici, cum vim legis habeant, & juri communi derogent, *Carpzov. ad d. C. 23. D. 2. Richter de Success. l. c. n. 7.* Exemplum dedimus *suprà §. 27.* Intelligenda verò sunt ratione mobilium Statuta illius loci, ubi domicilium maritus habet. *Conf. §. 64.* Uxor enim idem cum marito domicilium habere censetur, nisi fortè maritus à muliere in domum receptus fuerit, *waun der Mann zum Weibe eingefreyet/ und zu ihr eingefahren.* *Zanger de Except. Part. 2. cap. 1. num. 56. seqq.* vei etiam si maritus vagabundam sectetur vitam, ac nullibi constitutum domicilium habeat; Nam & hoc posteriori casu modum succedendi definiendum esse juxta statuta domicili naturalis, sive loci, ubi oriunda est mulier, de cujus hereditate disceptatur, veritati consonum videtur. Adde *Carpzov. lib. 6. Resp. 40. n. 2.*

§. 73. Tertio **RENUNCIARE** potest Maritus Juri de rebus mobilibus pro se introducto. Et hoc procedit etiam in præjudicium Creditorum suorum, *Mollerus ad Const. 20. Part. 3. num. 18. Carpzov. ad eandem Const. Def. 21.* Non obstante edictò Prætoris, quod in fraudem creditorum alienata ipsis restituere jubet,

24.
7

jubet, §. 6. *I. de Actiō. t. t. ff. quæ in fraud. credit.* quia talis maritus patrimonium suum non diminuit, sed id saltem agit, ne locupletetur, *l. 6. ff. quæ in fraud. credit.* Debet autem ejusmodi Renunciatio expressa & specifica esse, cum renunciatio- nes sint stricti juris, nec præsumantur, Zanger *d. Tract. Part. 3. cap. 26. n. 219.* Besoldus *in Consil. Tubing. P. 3. Cons. 134. n. 57. P. 5. Cons. 212. n. 14. seqq.* Richter *Vol. 2. Cons. 105. n. 11.*

§. 74. Quarto DESERENS malitiosè Conjugem vel in perpetuum, vel ad certum du taxat tempus, dum ægrotanti de cura & necessariis medicamentis non prospicit, eâ intermor- tuâ nequaquam Mobilia consequitur, *Const. Elect. Sax. XXVI. Part. 3. ibique Carpzov. Def. 1. n. 4. §. Def. 4. Zobel ad Land. Recht lib. 1. art. 31. lit. g. Berlich. P. 3. Concl. 36. n. 16. Richter d. Tract. Sect. 4. membr. 4. num. 39. nisi defuncta injuriam sibi il- latam vel expressè, vel tacitè remiserit, Carpzov. l. c. Def. 13. §. 14. Berlich. l. c. n. 29. seqq.* Non tamen ipsò jure mobilia perdit Maritus, sed tum demum, si defunctæ heredes descen- dentes privationem petierint, Carpzov. l. c. Def. 11. Collate- rales autem & extranei planè experiri non possunt, Idem *Def. 12.* Alias limitationes quoad ægrotantem vide apud Berlich. *l. c. n. 41.*

§. 75. Idem dicendum de EXPELLENTE à se Uxo- rem, siue justam quodammodò causam habere videatur, siue non, nisi eam benignè iterùm recipiat, Berlich. *l. cit. n. 35.* Carpzov. *l. c. Def. 6.* Richter *Vol. 2. Cons. 446. n. 3. §. de Suc- cess. l. c. num. 33.* Et ut reliqua in compendium quasi rediga- mus, quoties Maritus contra officium maritale vel omittendo, vel committendo agit, toties portionem statutariam amittit, v. g. si denegaverit uxori ALIMENTA, Carpzov. *l. cit. Def. 5.* Berlich. *l. c. n. 49.* si uxorem falsò adulterii ACCUSAVERIT, Ber- lich. *l. c. n. 13.* Carpzov. *l. c. Def. 8.* si NECEM ei fuerit molitus, Berlich. *l. c. n. 12.* Carpzov. *l. c. Def. 7.* si ejus mortem ab alio violento modo acceleratum non vindicaverit, Berlich. *l. c. n. 6.* si de adulterio suspectam, vel in eo deprehensam interfecerit, Idem *l. c. n. 3. §. 4.*

E 2


§. 76

§. 76. Altioris paulò indaginis quæstio est, an Maritus lu-
cro mobilium defraudandus sit, si casu fortuito & sine culpa
sua Mulierem occiderit? Negat Gastel *in Spec. Jur. Univ. cap.*
25. n. 277. in fine. Contrarium tamen latè deducit Christoph.
Besoldus *in Consil. Tubing. Part. 235.* præcipuamque decidendi
rationem desumit ex *l. 10. §. 1. ff. soluto matrim.* iniquum esse,
ut maritus, si uxorem suam interfecerit, ob facinus suum do-
tem speret, lucrifaciat.

§. 77. Tandem etiam DIVORTIUM tollit omnem
Conjugum successionem, Carpzov. *l. cit. Def. 17.* Richter *de*
Success. l. c. n. 41. 42. non etiam Separatio quoad torum & men-
sam, si à Magistratu facta fuerit. Desertor enim hoc casu jus
mobiliare non amittit, quoniam per Magistratum à cohabita-
tione absolutus officium suum neglexisse censendus non est,
Carpzov. *l. c. Def. 15.* Dissentit Berlich. *l. c. n. 28.* & Richter
d. Consil. 446. num. 6. Et hæc de amplissimâ pariter ac utilis-
sima hac materia in quantum per ingenii tenuitatem, tem-
poris angustiam, aliaque impedimenta licuit,
festinanti calamo conscripsis-
se sufficiat.

DEO SIT LAUS ET GLORIA!





P. 3. Concl. 27
4. n. 1. Hahni
dioratu Saxon
liberis quartar
fint; collatis t
maritum attul
cum Utensilib
vidua sit nobil
filia sive Gera
stibilia & pro
art. 24. Berlic
tr. sect. 4. mem
defunctæ uxo
tur. Quâ de
agere animus
cedere jubeat

Maritum u
Vocum p
matum; quin
diatur rem, M
quod sit Jus m
defunctæ Uxo
§. 2. Generi
est, ponitur E
sideratæ est Ju
accipitur pro
dum vel agen
J. B. & P. lib.
quam quis jur
senb. tit. de J.
quoque. Hæc
jus, quod def
sed est particu
xonici disposit
priè dictus, sec

4. membr.
Sed in Ble-
sistentibus
beri non ad-
tâm quæ ad
quisivit, unâ
obtinet, si
entur Utens-
ba Comme-
Recht lib. 1.
Richter d.
re mobilia
NIS appella-
ue curatius
ut feliciter

atur, circa
esse existi-
ticis aggre-
scribimus,
quirenda
bentur.
bus fieri par
primo con-
us verò hîc
ustè haben-
Grotius de
ic potestate,
um ad We-
verb. variè
universum
iè dicitur;
ari Juris Sa-
heres pro-
emestr. lib. 2.
cap.

